

3611 basis marmorea. Tiburi in platea Trivii IVC. LEONC. MANC., in Trivio pro foribus S. Rubei ACC. Nunc basis excavata delecto titulo frontis extat Tibure in curia. — S. I. PANV. (Rom.). Romae GRVT. Repertam ad viam Portuensem una cum inscriptionibus dedicatis imperatoribus ut fratribus Arvalibus facit LIGOR. Taur. 18.

C · PORCIO · C · F · QVIR · PRISCO
LONGINO · C · V · X · VIR · STLTIB
IVD · ALLECTO · INTER · QVAES
TORIOS · AB · ACTIS · SEN · AEDILI
5 CVRVLI · ALLECTO · INTER
PRAETORIOS · PROCONSVLI
LYCIAE · PAMPHYLIAE · COS
FRATRI · ARVALI · VNCTORII · IV
PATRONO · MVNICIPI
10 SENATVS · TIBVRS

in latere:

CVRANTIBVS
AVRELIO ZOTICO PATRON MVNIC
ET · SALLIO ROMANO DER R · P

Inscriptionis integrae tria extant apographa. Primum Iucundi Ver. f. 132, Magl. f. 108', quod repetiverunt Alciatus cod. Feae f. 97'; Metellus Vat. 6039 f. 346' ex codice cardinalis Carpensis; item Mur. 1119, 3 missum ex schedis Iucundi a Gorio, adhibito Ligorii libro Neapolitano infra citando. Alterum Accursii ms. f. 4'. Tertium id quod exhibent Leoncini ms. f. 3', Mancini apud Metellum f. 344 et apud Pighium f. 2 et ex Mancinianis Manutius Vat.

5237 f. 423, item sed interpolatum Ligorius Neap. lib. 35 p. 186 et lib. 39 (inde Panvinius Vat. 6035 f. 48). Morillonius eod. Amst. f. 23 quamquam fieri potest ut viderit inscriptionem, tamen expressit exemplum Iucundi uno vel altero loco ex coniectura puto emendatum. Similiter ex Iucundo Pighius correxit et supplevit exemplum suum Mancinii. Item solum exemplum Iucundianum videtur habuisse cum primus inscriptionem frontis ederet Panvinius Rom. p. 326 (ex Panvino Manutius orth. 622, 4; ex hoc Ligorius Taur. vol. 18 f. 64' et vol. 26 f. 25, unde repetita est in annal. inst. arch. 1858 p. 60; item ex Manutio Grut. 458, 6). A prioribus Marini Arv. tab. LXI, qui praeter libros editos citat schedas Barberinas. — Solam inscriptionem lateris de visu exhibent Giorgi sched. Casanat.; Revillas sched. Berol.; Lupi Vat. 9443 f. 22'; Vulpi Lat. 10 p. 244. Eandem descripsit Mommsen, recognovimus et ego et Gatti.

Quam evanida fuerit inscriptio frontis, apparet ex numero et genere errorum a tribus auctoribus commissorum. — 1 PORTIO Iuc. — QVIR · PRISCO Iuc., QVIRINO Acc., QVIRITVM Leonc. Manc. — V. 1 adiuncta inscriptione lateris ut peculiarem titulum dat Manc. ap. Met., eundem una cum inscr. lateris om. Manut. Lig. — 2 LVNCINO Leonc., L · ONCINO Manc. ap. Met., L · OIGINO Manc. ap. Pigh., L · ONOCINO Manut. Lig. — STIIB Leonc. Manc., tacite emendavit Lig.; ST/// Manut. — 3 IVD · ALLECTO Iuc. Acc., IVD · ALECTO Leonc. Manc., IVDIC · ELECTO Manut., IVDICAN · SELECTO Lig. — 3. 4 INTER QVAES · TORIOS Iuc. Acc., INIROVAIS · TORIOS Leonc. Manc. (ap. Met.), INIR QVAES · TORIOS Manc. (ap. Pigh.), IN//// · TORIOS Manut., INTER · PATRI · CIOS Lig. — 4 AB · ACTI/// Manut., ABACTI Lig. — AEDIS (pro AEDILI) Manc. (ap. Pigh.), ATI · IN Acc. — 5 CVRVLI Iuc., CVRVL Leonc. Manc. (ap. Pigh.) Manut. Lig., CVRVI Manc. (ap. Met.), CVBVT Acc. — MRECTO Leonc., MRECTO Manc. (ap. Met.) Manut., IARECTO Manc. (ap. Pigh.), ALECTO Lig. 1. 39, AELLECTO id. 35. — 6 PRAETORIVS Leonc. Manc. Manut., PRAETORIO Lig. 35. — 7 LICIAE Leonc. (non Manc.) — PAMPYLIAE Leonc. Manut., PAMPYLIE Manc. — CO Leonc. Manc. (ap. Met.), CO/// Manut. Lig. 39, COL Lig. 35, COS · I Manc. (ap. Pigh.) — 8 I · RARI Iuc. (tacite emendaverunt plerique qui ex Iucundo repetiverunt). — AR · VAL · I Leonc. Manc., AR · VL · I Lig. 39. — VNCTORII · IV Iuc., VN//// · IOR Acc., VNCTOR Leonc. Manc. Manut., VNCTOR... Lig. 39, VM · C · TOR Lig. 35; I · IV, quod in fine excepit Iucundus, ducit ad HV, id est H(erculus) V(ictoris); de vocabulo quod praecedat nihil habeo quod coniciam; curator templi Herculis Victoris vix potuit breviter dici *curator Herculis Victoris*. Mommseno in mentem venit *curatori iuv(enum)*. — 9 MVNICIPII Acc. Manc. — Inter 9 et 10 hunc versum II · VIR · QQ · II intrusit Lig. 35. — 10 SENATVS · P · Q · TIBVRS, post 10 D · D addit Lig. Exemplum editum a Panvino hoc est: *c. porcio c. f. quir | prisco. longino c. u | x. uiro. stlitib. iudicand | adlecto. inter quaestor | ab. actis. sen. aed. cur | adlecto. inter praetor | procos. lyciae. pamphyliae | cos. fratri aruali.* — Inscriptionem lateris (quae nunc sola extat) separatam a primaria exhibent Leonc. Manc. (ap. Met.), hic adnexam ad v. 1 inscriptionis primariae (cf. supra), omittunt Manc. (ap. Pigh.) (sed addidit eam Pighius ex Iucundo) Manut. Lig. — 2 in. 3 in. singulae litterae antiquioribus visae iam Giorgii et Lupii aetate perierant. — PATRONO Iuc. Leonc. Giorg. Vulp., PATRI Manc., PATRON Acc. Revill., Lup., et ita et Mommseno et mihi in lapide videbatur esse. — 3 SALLIO Iuc. Acc. Giorg. Vulp. Momms. ego, SALISO Revill., SALLIO Lup., SALENTO Leonc. Manc. — Littera quae tertia est a fine incerta est; id quod extat maxime ducit ad R; fortasse fuit K (Gattio potius K visa est quam R), non potest fuisse C; DEI · R · P Iuc., DI · R · P Revill., DEKR · P Giorg., DEX · R · P Vulp., D///R · P Lup., ///R · P Acc., FEBR · P Leonc. Manc.; intellegendum esse *dep(utato)* in mentem venit Mommseno.

C. Porcius (sic plerumque, sed semel, in actis a. 225 v. 24, dicitur L. Porcius) Longinus memoratur in actis fratrum Arvalium sub Severo Alexandro a. 224. 225. 231.

3612 Tibure rep. a. 1755 a comite Fede BRACCI, *conservasi presso il conte Fede ODER.*; Tibure rep. in un sotterraneo poco lungi dal duomo ZACC. *Abbiamo inutilmente fatto diligenza per risapere il sito preciso dove fu rinvenuta CABR.* In agro Tiburtino DONAT. Tibure in pariete comitis Fedele MAR. — Effossa in villa comitis Fede ad clivum Scauri IGNOTVS apud Feam sched.; qui si cogitavit de clivo Scauri in monte Caelio urbis Romae, erravit. — Maceratae in aedibus comitis Camilli Marefuscii AMAD. Extat ibi in aedibus Compagnoni-Marefoschi.

L · RO / S / CIO · M · F · QVI
AELVANO · MAECIO
CELERI
COS · PROCOS · PROVINC
5 AFRICAE · PR · TR · PL · QVAEST
AVG · XVIR · STLTIB · IVDIC
TRIB · MIL · LEG · IX · HISPAN
VEXILLARIOR · EIVSDEM
IN EXPEDITIONE · GERMANICA
10 DONATO · AB · IMP · AVG
MILITARIB · DONIS · CORONA
VALLARI · ET · MVRALI · VEXILLIS
ARGENTEIS · II · HASTIS · PVRIS · II
SALIO
15 C · VECILIVS · C · F · PAL · PROBVS
AMICO · OPTIMO
L · D · S · C ·

Descripserunt Henzen et nuper Mommsen. Bracci misit Lamio d. 25 Iul. 1755 (epist. Lamian. bibl. Riccard. vol. XIII), unde edita est *Novelle Fiorentine 1755* p. 532; Oderico *dissertazione sopra un' antica iscrizione (1756)* p. 5, denuo diss. (1765) p. 134 (inde Morcelli de stilo inscr. p. 76; ex utroque Orelli 3569; in add. ad Orellium correxit Henzen); Anonymus in folio inter schedas Guarnieri litt. F f. 100; Zaccaria *storia letteraria d' Italia* 14 (1759) p. 100; Donati 299, 6 ex Ioh. Fr. Seguerio; Cabral et del Re p. 172; Marini ms. Vat. 9427 f. 256; Amaduzzi anecd. IV p. 523 n. 9 (inde Orelli n. 4952) communicatam a Mario cardinali Marefusco; manus ignota in Feae schedis f. 63; Fea fasti p. LXXXVI n. VIII.

4 s in ROSCIO effractam non vidit Mommsen; exhibent et Henzen et priores omnes. — 7 HISP Momms., HISPAN Henzen cum prioribus omnibus. — 14 litteris minoribus scriptus est, fortasse postea adiectus.

L. Roscius Aelianus consul suffectus fuit ultimis mensibus a. p. C. 100, ut intellegitur ex Corp. VI n. 451. Imperator igitur significatus in v. 10 est Domitianus, expeditio Germanica (v. 9) videtur esse ea quam ille fecit in Chattos anno p. C. 83 (cf. Hübner Herm. 16 p. 536).